

A AEDITIO .I.

AEDITIO II.

pore transacto, vacent orationibus, & ieiunijs, quibus etiam, iuxta indulgentiam, communionem reddi decreuimus.

II. De his qui diuersos facinoribus peccauerunt, & perseverantes in oratione confessionis & poenitentiae, conuersione a malis habuere perfectam, pro quietate de liciti, talibus poenitentiae tempus impensum, propter clementiam & bonitatem dei communicatio concedatur.

III. De his, qui nuper sunt illuminiati baptismate, quod eos in sacerdotali non conueniat ordine promoueri.

III. Quod non oporteat, ordinationes sub conspectu audientium celebrari.

V. Quod non oporteat, sacerdotes & clericos foenerantes vsuras, vel quae dicuntur selcupa, id est, summam capitis, & dimidium summam percipere.

VI. Quod haeretici, non permittendi sunt ingredi in domum dei, in haeresi permanentes.

VII. De his, qui ab haeticis conuertuntur, id est, Nouatianis aut Photinianis aut Thebaisae de ceteris, siue baptizati sint illi, seu catechumeni, non ante suscipiantur, quam omnes haereses anathematizent, & praecipue illam, qua detinebantur. Et tunc deum hi, qui apud eos dicebantur fideles, nostrae doceantur fidei symboli, & uncti sancto chrismate, sic mysterijs communicent sacrosanctis.

VIII. De his, qui conuertuntur ab haereticis, quae dicuntur, Cataphrygae, & si in clerico, qui apud eos esse creditur, fuerint, & si maximi nominent, hos sub omni diligentia ab episcopo ecclesiae, vel presbyteris instrui, & baptizari conueniat.

IX. Quod non permittant ecclesiastici ad haeticorum coemeteria, vel ad ea, quae ab eis martyria appellantur, orationis causa, vel sanctorum accedere, sed homini, si fideles fuerint, certo tempore coione priuari, poenitentes autem, & confitentibus se deliquisse, conueniat suscipi.

X. Quod non oporteat, indifferenter ecclesiasticos, foedere nuptiarum, haeticis, suos filios, filiasque coniungere.

XI. Quod non oporteat, eas, quae dicuntur presbyterae, vel presbiterae, ecclesijs ordinari.

XII. Ut episcopi iudicio metropolitanorum

pore exempto, vacare orationibus, & ieiunijs, & secundum veniam reddi eis communionem.

II. His, qui diuersos peccatorum lapsus incurrunt, & ofense, confessione ac poenitentia malorum suorum perfectam conuersionem demonstrant, pro quietate pacis, poenitentiae tempus attribuendum est, propter misericordiam & bonitatem dei. Qui ergo homines sunt, reuocandi & ad communionem sunt applicandi.

III. Non oportet, neophytum promoueri ad ordinem sacerdotalem.

III. Non licere, manus impositionem super ordinandos, presentibus catechumenis, fieri

V. Non licere, foenerare ministris altaris, vel in sacerdotali ordine constitutis, vel vsuras, vel lucra, quae sexcupla dicuntur, accipere.

VI. Non concedendum haeticis ingressum domus dei, in haeresi permanentibus.

VII. Nouatianis, vel etiam Quartodecimanis, quos Graeci Thebaisae decem tites appellant, id est, qui quattodecima luna primi mensis cum Iudejs pascha celebrant, sed & catechumenos eorum recipere, priusquam conueniant omnem haeresim, in qua detinebantur, plenissime autem ante omnia, & nunc, quod apud eos fideles dicuntur, symboli fidei doceant, atque ita, unctos etiam sancto chrismate, diuino sacramento communicare conueniat.

VIII. Eos, qui conuertuntur ab haereticis, qui dicuntur Cataphrygae, quod se in clerico constitutos existimant, quis magni dicant, homines cum omni diligentia catechizari oportet & baptizari ab ecclesiae catholicae episcopis, & presbyteris.

IX. Non concedendum, in coemeteria, vel quae martyria haeticorum dicuntur, catholicos orationis gratia, & petenda curatiois intrare. Sed & qui ierint, si sunt fideles, in coemeteria factos, ad poenitentiam, usque ad aliquid tempus redigi, poenitentes autem eos, & errasse se confitentes, suscipi oportere.

X. Eos, qui ad ecclesiam pertinent, indifferenter filios proprios haeticorum nuptijs minime sociare debere.

XI. Mulieres, quae apud Graecos presbyterae appellantur, apud nos, viduae seniores, uirgines, matricuriae appellantur, in ecclesia, tanquam ordinatae, constitui non debere.

XII. Episcopum, non oportet, propter ius presbyteri in dicitur

26, q. 7. His qui a se, & instans orationi, confessioni ac poenitentiae a se, demonstretantes

Dist. 46, Non licet foenera,

Dist. 17, Mulieres quae

Dist. 61, Episcopi non oportet,